

non ad fundamentum; cum dicitur *consistent* &c. nec est differentia nisi quia non ponitur totale fundamentum istius relationis utroque modo idem. Utrouque tamen modo idem principaliter importatur, quia sive per solam ablationem, sive per aquam, scilicet ablationem & verba, sunt tamen ambo unum ignum integrum institutum quidem principaliter ad signandum principale integrum istius igni, scilicet ut abluatur anima a peccato, & hoc a Deo trini & uno, in cuius nomine baptizatur, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

DISTINCTIO VII.

Postquam Magister egit de primo Sacramento, scilicet de baptismo, hic agit de secundo, scilicet de Sacramento Confirmationis. Et dividitur in duas partes, scilicet in proterum, & tractatum, qui incipit ibi: (*Forma enim*.) Et ille tractatus dividitur in quatuor partes. Primo namque determinat de loci Sacramento. Secundo de ministro ibi: (*Hoc Sacramentum ab aliis*). Tercio de effectu ibi: (*Virtus autem*). Quarto de conditione quadam in suscipiente, & conferente pertinentem ad reverentiam Sacramenti ibi: (*Hoc Sacramentum tantum a jejuniis*). Quinto & ultimo de inalterabilitate hujus Sacramenti ibi: (*Nec debet iterari*).

QUÆSTIO I.

Quid sit Sacramentum Confirmationis, & de materia, & forma, de suscipiente, & ministro, & de conditionibus requisitis in conferente, & suscipiente hoc Sacramentum.

Circa istam distinctionem possent multa quæri proportionaliter illis, quæ quaerita sunt de baptismo: sed præmitto quandam rationem Sacramenti hujus, ex qua patet soluto multatum quæsitonum. Et supponendo, quod relationis, quæ est formale in hoc Sacramento, fundamentum totale sit unctio determinata cum conditionibus multis aliis requisitis; potest assignari ratio talis: *Confirmatio, seu Sacramentum Confirmationis est unctio hominis viatoris, dignaliter consentientis, vel libero arbitrio nunquam usque facta in fronte, in figura Crucis, cum chrismate sanctificato, & hoc a ministro idoneo simul cum intentione debita inurgente, & verba certa proferentis, significans efficaciter ex institutione divina unitatem animæ per gratiam roborantem ad consentiendum cum constantia fidei Christi.* Hic patet, quæ sit hujus Sacramenti materia: quia sic potest distingui de materia, sicut distinctum est de materia in baptismo distinct. 3. q. 3. Materia proxima, id est illud visibile, quod concurreit in fundamento, est unctio, facta in fronte in figura crucis, cum chrismate sanctificato. Materia autem remotæ est christina compositum ex oleo olivæ, & balsamo, & sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi. Forma est talis: Signu

vel configno te signa crucis, confirmo te chrismate salutis, vel sanctificationis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sum scipiens est homo viator, aliquoties consentiens, quod intelligendum est sicut de baptismo, ut patet distinct. 4. Sed hic tantum suscipiens est secundaria determinatum partem, propter quod additur in fronte. Minister est Episcopus, vel alius cui committi poterit, ideo dicitur in generali a ministro idoneo. Ex parte ministri requiritur similitas in faciendo utrumque actum, scilicet unctiois & prolationis tormæ, & etiam debita intentio, quæ omnia debent intelligi, sicut expositum est de ministro in baptismo dist. 6. Quæ adduntur, significans efficaciter &c. dicant illud quod formale est in isto Sacramento. Et quod ultimo additur *unctorum interiore*, signat cor factivum illius relationis, quæ est formale in isto Sacramento. Et si obijciatur primo contra materiam, & formam simul, quia Christus non de instituit, ut patet Joann. 20. quando inivitavit, & dedit discipulis Spiritum sanctum. Et similiter Act. 2. quando misso Spiritu sancto in linguis igneis confirmabantur: nec etiam Apostoli tali forma utebantur vel materia, ut patet in Actibus, sed impositione manuum. Si secundo obijciatur specialiter contra materiam, quia non oportet eam esse christinam consecratam, quia nec in baptismo necessaria est aqua consecrata, & sufficit enim quæcumque aqua.

Si tertio obijciatur, quod sacerdos communis potest istud Sacramentum conferre juxta illud dist. 65. Pervenit, & ponitur in litera, ubi Greg. Janatio Episc. scribit. *Pervenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, eo quod Presbyteros tangere chrismate eos qui baptizati sunt prohibuimus.* Et sequitur, *si omnino de hac re aliqui convincerentur, ubi Episcopi dejuerit, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedamus.* Ad primum istorum dicendum, quod Christus non aligavit potentiam suam Sacramentis, & ideo ipse, sive in terris, sive post ascensionem in celo existens, potuit confirmare Apostolos sine tali materia, & tali forma. Cum Apostolus etiam in primitiva Ecclesia potuit dispensare, & maxime, quia in Confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia, puta communiter descensus Spiritus Sancti super confirmatos, & donum linguarum; sed tamen cessantibus talibus miraculis ministri debuerunt hanc materiam, & hanc formam servare. Supponitur enim institutum esse a Deo, licet tunc, & modis hujus institutionis in Scriptura non legatur, forte quia Historiographi Scripturam usque ad tempus illud non produxerant: non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum, nec etiam usque ad plures annos ante mortem eorum: toto autem tempore Apostolorum forte mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis: nec est improbabile multa esse tradita autoritative a Christo Ecclesie per Apostolos, quæ tamen in Scriptura non legimus, ut dicit Damasc. 4. lib. c. 4. ubi loquens de adoratione imaginum, ait: *Est autem nobis tradita ista traditio, quæ modo modum oportet ad Orientem adorare crucem, & altera plurime hujusmodi.* Ad secundum dicendum, quod

Christus contractu suæ carnis mundissimam omnem aquam consecravit in usum baptismi, non sic autem materiam illam Consecrationis, & ideo requiritur hic specialis Inchoatio: quod etiam est ratioabile magis hic, quam ibi, quia baptismus est Sacramentum necessitatis, & ideo potest a quocunque ministro conferri, & rationabile est, quod in aqua non consecrata; alioquin materia conveniens non posset esse communis; & impediretur salus multorum. Ad tertium sunt quatuor modi dicendi. Primus, quod Papa convenit, quod posset ungere in fronte o/eo, sed non christum; sed hoc est contra text. literæ, si- cut patet ibidem. Item, hoc concessit eo quod pro ejus subtractione erant quidam scandalizati: & ille simulatio contra veritatem doctrinæ, sicut si concederetur paxem benedictum pro Eucharia dari. Secundus modus dicens est quod propter scandalum vitandum concessit illud ad tempus, vel magis petunt: (a) sed istud nihil est, quia utilis scandalum nauci permissit, quin veritas relinquatur, *Extra de regulis juris*.

Item, in hac concessione peccasset Gregorius mortaliter, si concessisset de facto quod non potuit de jure, & præbuit Sacerdotibus occasione peccandi mortaliter, scilicet tacendi; quod non licebat eis tacere.

Alii possunt esse duo modi dicendi probabiles. Unus, quod in primitiva Ecclesia non erat differentia inter Sacerdotes & Episcopos, quod probatur per duas auctoritates Hieronymi, que ponantur in Canone *distinct. 95*. Prima ista unum est c. *Olivi*, & c. *sequi*. Et in titulari Hieronymi super epistolam ad Titum I. dicens: *Uim*, inquit, *idem erat Presbyter qui & Episcopus, antequam diabolico insin-ctu schismata in religione fierent, & diceretur in populo. Ego sum Paulus, ego autem apostolus, ego autem Episcopus communis Presbyterorum in cunctis Ecclesiis regentibus, postquam vero unusquisque per baptismum fuerat esse sui præbuit non Christi, in toto orbe decrevitum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur, & schismatum semina tollerentur. Et paulo post: Sicque ergo Presbyteri sciant: se ex consuetudine Ecclesiæ, et qui sibi præpotius facti, esse subiectos, ita Episcopi noverint se magis consuetudine quam dispensationis Admini. a veritate Presbyteri esse majores, & in communi debere Ecclesiam regere.*

Item, ad Evagrium Presbyterum, & ponitur *distinctio 93. c. 24*. Legimus: (b) *Cum Apostolus perspicue doceat usdem esse Episcopos, quos Presbyteros. Hoc probat ibi per multas auctoritates, & intra Alexandriæ a Marco Evangelista usque ad Hierusalem & Dionysium Episcopos, Presbyteri eligebant sem, et ex se unum, & in excelsis terti gradus collocabant, quem Episcopum vocabant, quomodo & ex-*

a Bar. Brix. de consec. dist. 4. c. Presbyteris.
b Qui post ea fuit Eugenius Papa.

exercitus facit Imperatorem. Dia. qui autem eligant unum se te, quem in faciem nominat, & Archidiaconum non uspen. Quid enim facit ex. ep. a ordinatione Episcopi, quod Presbyter non faciat?

Respondet Glossa ibi, Intelliguntur ibi, que non sunt nisi ab Episcopis, sed hoc exponitur, quod non sunt licite. Quod enim absolute fiat, probatur per Glossam præcedentem, ubi dicitur in quo facta fuit prelatio, aut in officio, vel in nomine; & in fine dicit quod facta est prelatio quoad nomen, & quoad aliquam administrationem, & quoad quedam Sacramenta, que modo Episcopis appropriantur.

Ex hoc dupliciter arguitur. Primo: Si tunc post Apostolos facta est talis prelatio Episcoporum super Presbyteros; ergo a prelatio Ecclesiæ non fuit ita. Item, si modo appropriantur; ergo prius a principio non fuerunt propria.

Respondet, si a principio fuit aliquis actus proprius Episcopo, sicut dicit Hieronymus præter consecrationem, quod potest Episcopus, quod non potest Presbyter? Glossa per consecrationem intelligit a. l. Sequitur quod a principio erat differentia Episcopi, & Presbyteri, & tamen illæ auctoritates non concludunt oportum; sed sunt exponende, sicut Glossa exponit, scilicet quod forte nomina erant synonyma; & administratio, idest gubernatio Ecclesiæ communis fuit; sed tamen non dispensatio quæcunque Sacramentorum, quod probatur *dist. 21. in novo*. In loco Apostolorum surrexerunt Episcopi, sed septuaginta duorum discipulorum vicem gerunt Presbyteri; ergo a Christo fuit distinctio Episcopi, & simplicis Presbyteri. Contra, Nonne Philippus fuit de septuaginta duobus & Stephanus & ceteri Diaconi, non Presbyteri? Item ad Tit. c. 1. *Ad hoc reliqui te Crete, ut ordinares Presbyteros*; ergo non Episcopus hoc non potuit. Hoc etiam probatur per cap. *sequenti 91. dist. quod super illud verbum Pauli fundatur: Noli negligere gratiam, que data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterii. Quoniam (ait) Presbyteri Episcopi nominantur, secundum quod scriptum est ad Episcopum: Noli negligere gratiam que data est tibi. Sic. Et alibi ad majores nati; quoniam posuit Episcopos regere Ecclesiæ Dei. Hæc Hieronymus. Non distinguit ergo Episcopum a Presbytero, quia non dicit, quod Consecratio fuerit data per Episcopum tantum; sed loquitur de Presbytero. Nec etiam in actibus legitur distinctio Sacerdotum ab Apostolis, qui erant Episcopi. Et si istud est verum, Sacerdoti ex officio potuit competere confirmare, sicut & Episcopo, quia ex prima institutione non erat alius gradus in Ecclesiæ: & tamen propter necessitatem postea multiplicati sunt Sacerdotes, & restricta est potestas ab eis quantum ad aliqua, que reservata sunt solis Sacerdotibus majoribus, qui dicti sunt Episcopi, & talis actus effect confirmare. Quod si verum est, Gregorius bene potuit Sacerdotes illos subiectos Januario Episcopo licentiarè ad confirmandum; quia in hoc non concessit potestatem eis, non convenientem; sed re-*

vocavit prohibitionem prius eis factam.

Sed in contra hoc obicitur, quia secundum ista, cum in primitiva Ecclesia non legitur alii confirmasse, quam Apostoli, si tunc quicumque sacerdotes erant Episcopi, et aequales quantum ad illum actum ergo solum Episcopis debetur ex officio.

Respondetur, quod vel nulli alii ab Apostolis erant sacerdotes, quia illi soli tunc poterant sufficere: vel si alii erant, detulerunt Apostolis in isto actu propter immixtationem Spiritus sancti evidentem, quae fiebat in collatione istius Sacramenti ut cum majori reverentia, & devotione susciperetur propter excellentiam ministrorum.

Quartus modus dicendi est, (a) quod si a principio non licuit Sacerdoti simpliciter, Papa tamen potuit quemlibet Sacerdotem illius regionis facere Episcopum, quantum ad istum actum, non tamen conferendo sibi simpliciter gradum Episcopalem; nec quantum ad alios actus: & tunc quilibet eorum vere confirmavit quantum ad istum actum: & ratio conferendi istum gradum cuilibet Sacerdoti, quantum ad istum actum, poterat esse scandalum vitandum. Materia autem remota scilicet christiana habet similitudinem cum effectu hujus Sacramenti; oleum enim nitorem habet, & supereminet ceteris liquidis, & est materia proxima incendii. Per primum significat castitatem, vel munditiam; per alia duo significat charitatem. Et balsamo, quod habet bonum odorem, significat bonam famam, juxta illud 2. Corin. 2. *Christi bonus odor sumus Deo*. Balsamo etiam corpora mortuorum conduntur, ne putrescant; ideo significat incorruptiorem: per istam ergo materiam significat christiana consecutum ex oleo & balsamo significatur, quod qui confirmatur debet habere munditiam, & charitatem, & bonam famam; quia sine illis non est multum authentica confirmatio fidei Christianae.

QUESTIO III.

Virum Sacramentum Confirmationis sit necessarium ad salutem?

Quod sic: de consec. di. 5. *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, post Baptismum Spiritum sanctum suscipere debent; ut pleni Christiani inveniantur*. Ex hoc habetur propositum, quia quilibet tenetur esse plenus Christianus. Contra. In Baptismo datur gratia: ergo per illam est filius regni, & ita sufficit ad salutem. Respondetur, non est simpliciter necessarium ad salutem juxta illud Marti ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit*: & de consec. di. 5. *Spiritus sanctus*. ubi habetur, quod Baptizatus per solum baptismum salvatur, est tamen necessarium adultos, quod non contemnat, sicut dicitur *Extra de Sacra unzione*; ubi dicitur in Glossa, quod non est plenus Christianus qui contemnit.

Ad

Ad argumentum dico, quod loquitur de adulto, qui debet suscipere; id est non continere, & pro tempore congruo suscipere in eadem; judicaretur enim contempus si omnimoda opportunitate obviata non susciperetur.

QUESTIO III.

Virum Sacramentum Confirmationis sit dignius Baptismo?

Quod sic, videtur in litera. Item, de consec. dist. 5. *Novissimus* patet quod praestet istud Sacramentum Baptismo. Contra, capitulum delet culpam, & poenam sine poenitentia: hoc autem non: ergo &c. Respondetur quando aliquid includit, vel praesupponit aliud, illa possunt comparari, vel secundum illud, quod precise pertinet ad utrumque, vel secundum illud quod ponitur praesupposito primo: & quidem secunda comparatio non est per se, quia sic universaliter secundum excedit primum, sicut duo bona excedunt alterum eorum. Sed prima est per se, quia est secundum precisas rationes comparationum, & hoc modo dico, quod Baptismus est simpliciter nobilissimum Sacramentum loquendo de nobilitate Sacramenti; penes finem principalem Sacramenti, qui est collatio gratiae. Nam ad majorem gratiam & ad plures effectus simpliciter nobiliter confertur baptismus, quam Confirmatio. Loquendo, tamen secundum aliam comparationem, confirmatio multum addit baptismum. Possent etiam dici secundum quia Confirmatio nobilior ratione ministerii, quia a nobiliori ministro confertur; sed non est hoc simpliciter propter ejus nobilitatem, sed propter baptismi majorem necessitatem; iste pluribus ministris conceditur, ista non, nisi specialibus. Ex hoc ultimo de nobilitate, secundum quid, patet ad argumentum oppositum.

QUESTIO IV.

Virum Sacramentum Confirmationis possit iterari?

Videtur quod sic, quia morbus contra quem est, iteratur, potest enim aliquis post Confirmationem iterum fieri pusillanimus: ergo remedium contra illum morbum iteratur.

Contra, Magister in litera, & de consec. dist. 5. *distum*. Respondetur, iterari non debet, ita quod scilicet, quia iterans peccat mortaliter, sed nec potest iterari sic, quod iteratum habeat propriam efficaciam. Ratio principalis est inscriptio divina, & congruentia, quia per illud Sacramentum insititur aliquis in determinato gradu Ecclesiae, scilicet in gradu bellatoris, & Sacramentum insituum in gradu determinato non iteratur, & juxta hoc adducitur congruentia, quia imprimi effectum indelebilem; scilicet characterem. Ad argumentum, Morbus ut contra ipsum est haec medicina, non iteratur, licet alter.

QUI

QUÆSTIO V.

Utrum sit aliqua poena iterantium Sacramentum
Confirmacionis.

Respondeo, dicunt Canonistæ, sicut dictum est deiteratione, & baptismi *dist. 6.* Quod probant per locum a simili per illum, & de *confec. dist. 4. Quæstio bis.* Sed aliter dico, quod uivetsaliter nulla poena canonica, quæ non est infligenda a Papa conuictæ, incurratur ipso iure. Nec propter argumenta exponuntur Canonæ, siue a simili, siue a contrario sensu aliquid talis poena adstrictus; quia possunt exponere jus conditum, non autem condere novum per suas expositiones. Unde Innocentius qui tamen iurè Papa cum fecisset magnum opus exponendo jus canonicum, cum iussisset requiritur ab aliis, quale robur vellet illum tractatum habere, dixit, quod nollet ipsum esse authenticum, sed tantummodo magistratum. Cum ergo non inueniatur in iure canonico expressæ poena irregularitatis infligenda pro iteratione Confirmacionis, sequitur quod non incurritur, & hoc maxime patet, quia constitutiones penales sunt restringende, non ampliande, & si voluisset legislator poenam talem infligere pro iteratione Confirmacionis, sicut Baptismi, potuisset expressè hinc, sicut ibi.

Et confirmatur etiam per *quædam de confec. dist. 5. Dicitur*, ubi nulla poena infligitur Episcopo, iterum confirmanti, sed nec sufficiens, nisi quod soli Deo sub habitu regulari, vel clericali ipsum religiosissime famulari decretum est. Hic autem inuit non poenam irregularitatis, sed magis oppositam, puta exercitium officii clericali. Nam in executione ordinum, & præcipue in consecratione Eucharistiæ clericus Deo suo religiosissime famularur, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

DISTINCTIO VIII.

Postquam Missus egit de baptismis, quo regeneratur, & de Confirmacione, qua roboratur, licet agit de Sacramento Eucharistiæ, quo nutritur, & in bono consummatur. Et dividitur in duas partes. Primo continuat se ad præcedentia: secundo determinat de Eucharistiâ in se, (*Hic quando.*) Prima in duas. Primo ponit continuationem dicendorum ad dicta: secundo subiungit continuationis rationem, comparando Eucharistiâ specialiter ad baptismum, ibi: (*Per baptismum.*) Et illa pars habet duas. In prima comparat Eucharistiâ ad baptismum secundum excellentiam: in secunda secundum convenientiam, & differentiam ibi: (*Cujus figura.*) Convenientia est, quia utrumque Sacramentum præfiguratum iurè in lege Moisaica; sed differentia est, quod utriusque fuerit propria figura, & hanc convenientiam, & differentiam ponit. Primo ponendo utriusque Sacramenti propriam figuram in lege Moisaica; secundo po-

nen-

ponendo utriusque figuram propriam in sua causa ibi: (*Hec duo Sacramenta.*) Et sequitur illa pars: *Hæc etiam ante alia.* In qua agit de Eucharistiâ in se, & illa pars habet iustior partes. Primo agit de Sacramento Euch. & perceptione Sacramenti: secundo de consecratione seu consecratione qua illud Sacramentum incipit esse; tertio, de accidentibus remanentibus post consecrationem: quarto, de ministerio consecrationis. Secunda in prin. ip. *dist. 11.* (*Si autem queritur.*) tertia in prin. *dist. 12.* (*Si autem queritur de accidentibus.*) quarta in prin. *dist. 13.* (*Sed autem queritur.*) Prima dividitur in duas. Primo determinat de Sacramento & susceptione ejus quoad veritatem. Secundo, excludit errores contra illa ibi, (*Hæc verba.*) Prima in duas. Primo determinat de veritate Sacramenti; secundo de ejus susceptione in prin. *dist. 9.* (*Et sic de re.*) Prima in præmium & tractatum, & ideo præmium non divido contra totum tractatum de Eucharistiâ, sed tantum contra tractatum, qui habetur in ista *dist.*, quia hic non proponitur, nisi quatuor. de quibus in ista *dist.* determinat, ibi, (*Namquam Sacramentum.*) Tractatus incipit, ibi, *Sacramentum Dominus instituit.* Et habet duas partes: In prima agit de duobus que pro posuit, scilicet de institutione, & forma: in secunda de aliis duobus scilicet de Sacramento & re. (*Namquid ibi Sacramentum.*) Prima in duas. Primo agit de institutione, veritatem: secundo, excludit circa hoc errorem vel dubitationem ibi, (*Consideratione dignum.*) Prima in duas. Primo de institutione: secundo de forma ibi, *Forma verba est.*

Circa istam distinctionem octavam querendum est principaliter de tribus. Primo, an Eucharistiâ sit Sacramentum legis novæ. Secundo, de forma an sit que ponitur in Canone Missæ. Tertio, de institutione, an hoc Sacramentum conveniatur iurè institutioni post cenam.

QUÆSTIO I.

Utrum Eucharistiâ sit Sacramentum novæ legis.

Ad primum sic proceditur, & arguitur, quod Eucharistiâ non sit Sacramentum novæ legis. Primo, quia Sacramentum novæ legis est signum gratiæ collatæ in eo qui recipit Sacramentum: sed Eucharistiâ non est hujusmodi, quia manet in altari post consecrationem, & nulli per ipsam gratia datur.

Item Sacramenta novæ legis efficiunt quod significant: non sic Eucharistiâ; quia significat, vel figurat verum corpus Christi, & sanguinem contineri sub illis speciebus; sed ille effectus hoc non efficiunt, nam respectu ejus non potest aliqua virtus finita habere causam finitam.

Item, Sacramenta novæ legis habent aliqua verba, que sunt forma. Non sic Eucharistiâ, quia verba que sunt forma Sacramenti, oportet esse simul cum Sacramento; verba autem Eucharistiæ non sunt simul; tum quia Eucharistiâ manet verbis non manentibus; tum quia dum verba sunt in prolatione, non est Eucharistiâ, sed in fine prolationis.

Item

Item dicitur 4. *Metaphyſ.* quod non unum ſignificat, (a) nihil ſignificat. Euchariftia non eſt ſignum unum, ſeu Sacramentum, nec ſignificat unum Sacramentum; ergo &c. Probatio minoris, quia aliud ſignum eſt ſpecies panis, aliud ſignum ſpecies vini, & habent aliud & aliud ſignificatum, quia unius ſignificatum proprium eſt corpus Chriſti, alterius autem eſt ſanguis.

Contra, de *conſec. diſtinſi.* 2. in Sacramentorum oblationibus loquitur de Euchariftia, & ibidem non oportet in Sacramentum aliud offerre, præter &c.

Hic tria videnda ſunt. Primo, ſicut proceſſum eſt in aliis Sacramentis, ponenda eſt quedam ratio nominis Euchariftiæ, & opponenda eſt uſu loquentium.

Secundo, inquirendum eſt, ſi illi rationi ſubſit aliquid reale. Et tertio, ſi id quod ſubſit, ſit Sacramentum nove legis, quod principaliter agitur. Ratio nominis Euchariftiæ ſecundum communiter utentes, & loquentes de Euchariftia, poteſt eſſe talis: *Euchariftia eſt Sacramentum corporis Chriſti & ſanguinis veraciter contenti ſub ſpeciebus panis & vini poſt conſecrationem factam a Sacerdote ſuo verbis certis cum debita intentione prolatis, ex inſtitutione divina veraciter ſignans corpus Chriſti & ſanguinem ſub eis realiter contineri.* De ſecundo dico, quod iſta ratio non eſt in ſe ſalia, quia nulla pars repugnat alteri: poſſibile enim eſt ſine contradictione corpus Chriſti contineri ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini (quod ſupponatur hic, quia *diſtinſi.* 10. declarabitur) Poſſibile eſt etiam iſta ſignificata eſſe a Deo ad ſignandum veraciter illa ſignata ſub eis contineri; quia quod Deus poteſt facere & poteſt per aliquod ſenſibile ſignum impoſitum ſignare: ergo illi rationi ſubſit aliquid eſſe, hoc eſt, cui non repugnat eſſe. Ulterius dico quod ſibi ſubſit aliquid eſſe in effectu, ut probari poteſt per auctoritatem & congruam rationem. Auctoritas eſt *Matth.* 26. ubi Chriſtus poſt eandem illud Sacramentum inſtituit, ut ſub iſtis ſpeciebus verum corpus ejus, & verus ſanguis veraciter contineretur: & non tantum tunc, quando ipſemet conſecit, ſed quando poſtea hoc Sacramentum a Sacerdotibus in Eccleſia conſecratur, ad quod dicit auctoritatem ſubdens ibi, & dicens Apoftolis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Item, habetur *Luc.* 22. & *1. Cor.* 11. ubi Apoftolus diſtincte determinat de modo perceptionis, & conſecrationis hujus Sacramenti. *Panis, inquit, quem ſrangimus, (nos Sacerdotes) non ne participatio corporis Domini eſt. Et quod illud Sacramentum ſit perpetuum in Eccleſia ibi alitiquo ſcunq; inquit panem hunc comeditis, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat ſupplex, ad iudicandum, unde uſque ad tunc durabit Eccleſia militans, & Euchariftia in ea, ſicut tenent omnes Sancti. Quod hoc fit congruum probatur, quia congruum eſt Chriſtum eſſe nebicum in tali ſigno ſenſibilij ut magis excitetur quiſbet ad reverentiam, & devotionem ad Chriſtum: & hoc patet de factis, quod*

quafi

quafi omnis deus in Eccleſia eſt in ordine ad illud Sacramentum. Propter hoc enim clericus cum majori diligentia perſolvit officium divinum in ordine ad Miſſam, propter hoc etiam populus devotius audit Miſſam, quam aliquod aliud officium Eccleſiaſticum. Propter hoc etiam ſinguli cum majori diligentia conſentunt, quando intendunt ſecundam ordinationem Eccleſiæ, ſaltem ſemel in anno communicare. Congruum etiam fuit poſt generationem ſpiritualium conſecrari etiam nobis nutrimentum ſpirituale, & illud magis congrue nobis datur ſub ſimilitudine nutrimenti corporalis, nutritivum autem corporale præcipuum conſiſtit in pane & vino, ergo &c. Congruum etiam fuit, quod ſignum ſenſibile, ſub quo nobis Deus voluit ſe dare, haberet ordinem ad verba aliqua ab aliquo miniſtro proferenda quia aliter neſcimus quando in tali ſigno eſſet Chriſtus, & quando non & ſic periret reverentia debita & devotio. Congruum etiam fuit quod in prolatione illorum verborum miniſter eſſet in Eccleſia excellentis, ſcilicet Sacerdos, per cujus actum miniſteriale Chriſtus ſic incipiat ſe nobiscum. De tertio dico, quod illud quod ſubſit rationi nominis prius poſita, eſt Sacramentum, quia ſcilicet eſt ſignum veraciter repræſentans ex inſtitutione divina: & licet non gratiam accidentalem, tamen eſſetium aliquem Dei gratium ſcilicet eſſe corpus Chriſti ſub tali ſpecie & gratia quæ in definitione Sacramenti non accipitur tantum pro gratia accidentali, ſed pro effectu Dei gratuito. De unitate hujus Sacramenti dico, quod bene poſſibile eſt plura ſenſibilia concurrere in fundamento unius Sacramenti ſimpliciter, ut ſupra dictum eſt de abſolutione & verbis in fundamento relationis Baptismi; ſed ibi neutrum illorum eſt aliquid illius Sacramenti ſine altero; hic autem & ſpecies panis continet ſuum ſignatum ſine ſpeciebus vini, & e conſerſo. Ideo dico, quod corpus Chriſti poteſt accipi ſtriſte, prout includit partes animatas anima Chriſti, cujuſmodi non eſt ſanguis, licet ſit in potentia propinqua, ut conſerteretur in carnem animatam, & ſic corpus eſt aliud eſſentialiter a ſanguine, & in ſe etiam poteſt eſſe aliud ſignatum, & per conſequens poteſt eſſe huius proprium ſignum ſicut eſt, & propria definitio. Alio modo corpus poteſt accipi, ut omnia illa includit, quæ pertinent ad totum corpus organicum, ſive ſint partes animatæ, ſive ſint alia non formaliter animata, ut humores, & ſpiritus: & hoc modo ſanguis eſt aliquid corporis. Primo modo accipiendo corpus, licet ipſum & ſanguis ſint primo diverſa ſignata, tamen conſtituant unum ſignatum totale, quod eſt corpus ſecundo modo; & ita ſignū proprium corporis primo modo, & ſignum proprium ſanguinis poſſunt eſſe unum ſignum unitate integritatis, non autem indiviſibilitatis. Congruit autem hoc Sacramentum habere talem unitatem integritatis, & non indiviſibilitatis, quia eſt ad completam nutritionem anime, quæ ſignificatur per completam nutritionem corporis: completa autē nutritio corporis ſit ex aliquo unum unitate integritatis, non unitate indiviſibilitatis, ſcilicet ex alimento, non enim nutrit ſufficienter cibis ſine potu, nec e conſerſo. Ex dictis patet quod triplex diſtinctio, & excellentia hujus Sacramenti ad alia, quarum triplex eſt in ſignifican-

faciendo. Una est quia est simpliciter veracissimum in signando; alia enim Sacramenta veracitas sunt quantum est ex se, tamen quandoque non habent effectum suum signatum propter indispositionem fidei-pieris, illud autem nunquam caret suo signato. Secunda excellentia est, quia quod significat illud Sacramentum, hoc realiter continet, alia non. Tertia excellentia est signari per illud: alia enim Sacramenta significant gratiam accidentalem inhaerentem fidei-pieris, illud autem significat gratiam substantivam, scilicet verum corpus Christi ibi existentem. Ultima differentia est in modo efficiendi illius Sacramenti; quia omnia alia Sacramenta consistunt in usu; & in *ferri* ita quod idem est ibi Sacramentum, & perceptio Sacramenti; sicut Baptismus est perceptio Baptismi, nec permanet aliquid quod sit Sacramentum cessante usu talem; & hoc congruum erat, quia Christus permanenter voluit esse nobiscum; sed hoc Sacramentum est quoddam permanentes etiam ante usum; & hoc congruum erat, quia Christus permanenter voluit esse nobiscum; ergo in aliquo signo, vel Sacramentum permanente; unde usus hujus Sacramenti non est Sacramentum; usus enim verborum Sacramentalium est quaedam via ad Sacramentum, quia in termino prolationis verborum incipit esse Sacramentum; sed usus & perceptio illius Sacramenti est quaedam dispositio sacramentalis, sed via, qua hoc Sacramentum applicetur membro Ecclesiae; & bene possibile est in utroque usu, si digne fiat gratiam consecrari utenti; sed hoc non est formale & primum significatum Eucharistiae; sed quidam actus sacramentalis in quibus bene potest gratia recipi, si digne fiant; magis tamen in perceptione quam in consecratione, quia actus perceptionis significat nutritionem spirituales, quae est per gratiae collationem.

Ex his patet ad argumenta. Ad primum, quia Eucharistia non est primo signum gratiae accidentalis, sed substantivae. Ad secundum videtur esse bona difficultas contra illum qui ponit Sacramenta habere adientem respectu significati; sed contra me non concludit. Dico enim quod hoc modo intelligitur illa propositio, Sacramentum efficit quod figurat, id est si significat aliquid fieri, illud per Sacramentum fiet; tanquam per signum efficax fit autem significat aliquid esse illud per Sacramentum, tanquam per signum verax est. Quod alter autem accipitur ibi, per se dictum est in *prima distinctio*. Et cum dicitur quod nulla virtus finita potest agere ad esse corporis Christi, ibi: Concedo proprie loquendo de actione. Potest tamen aliqua virtus finita, vel aliquid virtutis finitae esse dispositio immediata ad esse corporis Christi ibi: non a se, sed a Deo assistente ibi. Et hoc modo instituit istas species, ut post consecrationem assisteret eis ad hanc praesentiam corporis Christi. Ad tertium patet, quare illud Sacramentum non habet aliam verba pro forma, quia tunc non esset Sacramentum permanentes, cum verba non possint esse, nisi in successione; tamen, ipsa consecratio Sacramenti consistit in *ferri*, & ideo requirit aliquam formam verborum. Sed illa non est forma Sacramenti, sed consecrationis Sacramenti; & pro tanto illa possunt dici verba sacramentalia, quia ad Sacramentum pertinentia, tanquam forma consecrationis eius, quae consecratio est incipit sacramentalis; sed non dicitur sic sacramentalia, sicut

sicut verba Baptismi: illa enim sunt sacramentalia quia forma Sacramenti. Si autem omnino quaeras; quae sit forma hujus Sacramenti; dico quod ipsae species visibiles sunt materia, id est proximum fundamentum relationis significacionis; & ipsa significatio est ibi formale, sicut in aliis Sacramentis. Et si quaeras, quid est hoc iudicamentum, tanquam materia illud tanquam forma? Respondet, quod non est hic aliud tanquam materia, & aliud tanquam forma, sicut est in aliis; cuius ratio est, quia illud est permanentes, & ideo non possunt aliqua verba ad ejus essentiam pertinere: in quocunque autem Sacramentum distinguitur materia, & forma, signum visibile dicitur esse materia, verba vero forma. Ad quartum (a) dicitur quod haec ambo fuit unum signum unius rei, ut corporis Christi, Contra, Nomina synonyma sunt alia; & alia nomina, sunt etiam plura signa non obstantia quod idem significant, quia plures sunt ibi voces impostae ad significandum: ergo a simili cum haec sunt alia & aliae species significantes, erit aliud & aliud Sacramentum. Dico ergo aliter, sicut dictum est in corpore quaestionis, quod sunt Sacramentum unum unitate integritatis, non indivisibilitatis. Ideo non concludit.

QUESTIO II.

Utrum illa sit forma praecisa consecrationis Eucharistiae, qua ponitur in Canone Missae?

Ad secundum sic proceditur; & arguitur, quod illa non est forma praecisa consecrationis Eucharistiae, quae ponitur in Canone Missae. Primo, quia hoc pronomen, Hoc; aut demonstrat substantiam panis, aut accidentia, & utroque modo est topoliticum ista; aut demonstrat corpus Christi, & tunc propositio non est effectiva, sicut nec ista, corpus meum est corpus meum: nulla enim propositio est effectiva, vel operativa, quae vera esset nulla posita adione, vel operatione aequae, sicut si operatio ponatur, talis est ista, corpus meum est corpus meum. Item, in forma Sacramenti tradita a Christo non habet regulariter aliquid interponere; (regulariter dico pro interpositione aliqua modica casuali, de qua dictum est in definitione Baptismi) sed hic regulariter interponitur haec conjunctio, enim quae non est in forma tradita a Christo, sicut patet in Evangelio. Item; sicut hoc pronomen ego, signat primam personam ista meum, possessionem: ergo licet dicens ego, de se loquitur, ita dicens meum, designat illud a se possidentem: ergo Sacerdos proferens meum, designat illud esse suum id est Sacerdotis. Item, de forma consecrationis languinis arguitur, quod non fit illa quae utitur, quia illa non invenitur tradita a Christo: quia nullus Evangelista ponit illa verba, Item aequae pauca verba videntur iustificare ad consecrationem sanguinis; sicut corporis: ergo cum consecratio corporis consistat in quantum verbis; ergo & sanguinis:

nis: ergo alia supersunt. Item stud pronomen hoc, vel demonstratio pro instanti pro quo profertur, vel pro alio: si pro illo, non est tunc corpus Christi; ergo tunc demonstrat panem vel accidentia: sed tunc propositio illa est falsa, quia nec panis, nec accidentia sunt corpus Christi. Sed oratio falsa non potest esse forma in Sacramento veritatis: ergo &c. Contra *extra de celeb. Miss. Cap. Matthe. 9. Ex eo credimus*, ait Innocentius III. quod forma verorum sicut in Canone scribitur, & a Christo Apostoli, & ab ipso eorum acceperunt successores: ergo &c.

Respondet, hic tria videnda sunt. Primo, si Eucharistia est aliqua una forma, Secundo, qua. Tertio, quid significat. De primo patet ex solutione quætionis precedentis, quia nulla verba sunt forma Eucharistia, nec de essentia eius: sed verba aliqua sunt forma consecrationis Eucharistia. Et sic intelligendo, quia sic proponitur in quæstione quid sit forma consecrationis: dico, quod scilicet istud Sacramentum est unum unitate integritatis, non indivisibilitatis, quia in se includit duo signa partialia, quæ primo significant duo propria signata, & proxima, scilicet corpus & sanguinem, & remora, scilicet citationem & potum spiritualem: ita etiam est una consecratio unitate integritatis, & tamen due consecrationes partiales. Sicut enim aliqua res est una sic est una eius inceptio, & sicut plures sic plures eius inceptions, & sicut consecratio est plures, sic eius inceptio est plures. Est ergo consecratio plures consecrationes: tamen una unitate integritatis: & sic est una forma consecrationis unitate integritatis, sed tamen continens in se plures formas partiales: distinctio autem formarum illarum partialium patet, quia una est effectus alia, quod manifestum est: alioquin enim fideles corpus adorantes ante consecrationem sanguinis essent idolatras, quod falsum est.

De secundo dico quod verba consecrationis corporis sunt quatuor, scilicet illud pronomen hoc. & verbum est, & in apposito, corpus, & *et meum*. (a) Coniunctio, enim, non est de essentia forme, sed secundum unum Doctorem ponitur ad designandum ordinem consecrationis Sacramenti ad usum Sacramenti, quod patet ex verbis, *Accipite, hoc est enim &c.* quasi dicat quia talis est consecratio, ideo utimur mihi consecrato. Sed alia ratio potest assignari, scilicet quod, enim, ponitur ad continuandum, ne illa verba que sunt de forma, praeterantur sine precedentibus. Sed hic est dubium utrum prætermissis verbis precedentibus per ista sola quatuor verba consecretur Sacerdos. Dicitur quod sic, (b) quia ista sunt præcisa forma, alia sunt propter reverentiam, vel propter orationem præmittendam. Sed contra istud arguitur, quia verba sacramentalia ex vi verborum debent significare illud quod efficitur: ex vi Sacramenti: sed ex vi consecrationis huius, efficitur ibi esse verum corpus Christi: ergo verba sufficientia

ita ex vi propria debent significare illud ibi contineri. Sed hæc verba *Hoc est corpus meum*, prolata sine precedentibus; hoc non significant absolute, quia *ly, meum*, significat ceteri ad personam ipsius loquentis; quia licet minister possit intendere, ut loquatur in persona Christi, non tamen propter hoc, significatum illo tempore verborum esset, quod *ly, meum*, demonstrat corpus Christi, sed corpus loquentis. Sicut, si ego inciperem loqui in persona Christi, dicendo sic: *Mea doctrina est ista*, sed intendere loqui in persona Christi, tamen ex vi verborum non haberet quod illa doctrina sit Christi, sed illius qui loquitur: sicut Angelus quodam loquatur in persona Dei, *Ego sum Deus Abraham*: & per consequens non esset propositio falsa secundum sensum, pro quo fit: tamen non erat significatum proprie huius orationis, quod *ly, ego*, supponeret pro persona Dei: Hoc etiam confirmatur per Ambrosium *de consecratione. Dissin. 2.* Panis est in altari, *Sermo*, inquit, *Christi Creaturam mutat*: & sequitur, *Consecratio in quibus verbis fit? attendite, quæ sunt verba: Accipite, & edite ex hoc omnes, hoc est Corpus meum*, ubi ipse videtur conjugere illa verba præcedentia scilicet *accipite*, & tanquam verba consecrationis: sed hoc non est intelligendum, tanquam sint essentialiter pertinentia ad necessitatem consecrationis, sed tanquam necessaria præmittenda: & non solum illa, sed alia plura præcedentia in canone; ex quibus ex vi sermonis haberi potest, quod ista, *Hoc est corpus meum*, dicuntur in persona Christi: quod non sine causa Ecclesia ita conexerit eorum Canonem Missæ; quod ab illo loco, *communicantes*, usque ad illum locum post consecrationem, *Supplices te rogamus omnipotens Deus*, non est alius oratio, quæ non necessario conneccatur cum precedente; vel per conjunctionem copulativam, sicut; *Hanc ergo oblationem*, & huiusmodi, vel per pronomen ininitum, ut in *Quam oblationem tu Deus*, & *Qui pridies quam pateretur*, & post consecrationem, *supra que propio*, vel per relationem ut ibi: *Simili modo*. De isto articulo dicitur in generali, simul cum dubiis, quid fuerit observandum. De verbis autem consecrationis sanguinis est dubium magis, quia quantum ad duo. Primum est, quia formam, quia utitur, nullus Evangelistarum recitat, ideo non videtur ex Evangelio certa. Graeci etiam alia forma utuntur dicentes, *Hic est sanguis &c.* & per consequens forma nostra est non est præcisa. Respondet, non dubio; quia forma nostra sic certa secundum auctoritatem illam Innocentii, quia multa tradita sunt Ecclesie ab Apostoli, quæ tamen non sic scripta sunt in Evangelio. (a) Nec obstat de Evangelistis, quia intendebant narrare rem gestam, non autem tradere formam consecrandi. Sed & de Iohanne Evangelista Ecclesia non dicit esse non consecrator; & unde dicitur aliqui, quod forma eorum, & forma nostra, & quæcumque scripta in Evangelio sufficientes est ad consecrationem; tamen in Ecclesia Romana

a D. Tho. presentis diss. ar. 2. q. 1. Idem tenet Ric. diss. presentis arti. 3. q. 1. b Go. Pithoven. 1. parte sum. in materia huius Sacramenti & Jo. Rodion. & Ri. ubi supra.

a De cel. miss. cum Mar. ibid. b Pe. de Taranta presentis diss. ar. 3. q. 2. vido Ric. ubi sup. a. 3. q. 2.

na est de necessitate ministri uti formæ, qui unum. Secundum dubium est, an ad formam, qua unum, pertinent omnia verba à lo-
co illo, *Simili modo*, utque ibi, *in te & memore*. Et communiter tenetur quod illa: *Hoc facite in meam commemorationem*, non pertinent ad illam formam hoc modo. Quod probatur, quia non magis facit illud, *Hoc accipite* &c. ad sanguinem, quam ad corpus præcepti enim Christus ita heri consecrationem corporis; sicut sanguinis: ergo si illud pertinet ad consecrationem sanguinis, paratione & corporis, & per consequens quando hostia levatur, adhuc non est ibi corpus Christi; & sic est idololatia, quod non est dicendum. Hoc etiam patet, quia præceptum de usu consecrationis, non est de forma consecrationis; hoc est præceptum usus, ut verba ostendunt; ergo &c. Item; per illa verba constituit Apostolus Christus potestatem consecrandi, hoc enim ordinavit eos Sacerdotes: collatio autem potestatis consecrandi non fit per verba pertinentia ad consecrationem, quia verba consecrationis materiam respiciunt, quæ consecratur, vel terminum in quem consecratur: verba autem potestatem conferentia respiciunt potestatem; quam continent, & illum cui conferunt. Hoc ergo tanquam certo supposito, nunquid omnia verba usque illic, *Hoc facite*, sunt de forma consecrationis sanguinis? Dicitur quod sic, primo de illis, qui *pro vobis* &c. quia relativum implicat antecedens, & est pars unius totius orationis. Similiter dicitur multo magis de illis, *novi & æterni Testamenti*; quia illud est quædam specificatio ejus, quod præcedit cum dicitur, *Sanguis*. Ad unam autem formam videtur pertinere omnia quæ pertinent ad unam orationem: ergo tam illa, *Novi &c.* de quibus certum est quod pertinent ad unam orationem, quam illa, *Qui pro vobis* &c. quæ propter implicationem pertinet ad eandem orationem videtur omnia pertinere ad formam consecrationis sanguinis. Sed istæ rationes non concludunt, quia possibile est aliqua multa addi in oratione consecratoria, quibus non expressis tota consecratio habeatur, sicut Christus potest dicitur, *Hoc est Corpus meum, assumptum de Virgine & suspendendum in Crucem*; sicut dicit de sanguine, *Qui pro vobis fundetur* & tunc licet verba illa existent dicenda propter devotionem, non tamen fuissent simpliciter necessaria ad formam, licet ad eandem orationem pertinerent. Multo minus etiam valet illa probatio de illo, *Qui pro vobis*, quam de illo, *novi & æterni*. Possent enim intelligi illa oratio in sensu compositionis, vel divisionis, sicut distinguitur illud sophistica: *Omnis homo qui est alius a Sorte currit*, licet in sensu compositionis implicatio sit pars ejusdem orationis; & ita possent intelligi in proposito, ita quod, ante illud, *qui*, non esset oratio perfecta, vel per *qui*, inciperet oratio copulata præcedenti in sensu, scilicet divisionis, & exponeretur secundum Priscianum *li, qui*; pro *illo*. Consimiliter hæc illud, *novi Testamenti*, intelligitur communiter secundum Sanctos confirmatur, in quo intelligitur implicatio, sanguinis, inquam, qui est confirmator novi, & æterni testamenti &c.

De isto secundo articulo dico breviter; quod non est nobis traditum omnino certitudinaliter; an ad formam consecrationis sanguinis pertinent aliqua verba post illud *Sanguinis mei*, vel an aliquod illorum sequentium usque illic, *Hoc facite* &c. Ideo periculosum est hoc asserere; de quo sufficiens auctoritas non habetur. Non est autem periculosum ignorare, quia videtur ignorantia invincibilis. Es hoc pater improbatum cusdam dicit minus discreti, quod accesse est in quolibet Sacramento scire præcisè quæ verba sunt de forma, ad hoc, ut aliquis conferat Sacramentum. Idem enim manente saltem est, non solum in proposito, sed etiam in Baptismo, & Pœnitentia, & Sacramento Ordinis. Forte enim nullus est qui sciat pro certo, nec Episcopus, nec ordinatus; quæ sint præcisè verba ordinationis in Sacerdotem, nec ordinatus; quæ sunt illa, quod nullus est ordinatus in Sacerdotem in Ecclesia. Consimiliter diversi utuntur diversis verbis in conferendo Sacramento Pœnitentiæ, nec est certum de aliquibus verbis præcisè, quæ sint illa, non tamen dicendum est, quod nullus absolvarit in Ecclesia. Quod ergo erit consilium? Dico, quod Sacerdos intendens tacite quod facit Ecclesia, legens distinctè verba Canonis à principio usque ad finem, verè conicit: nec est utrum alicui se reputare valde peritum de scientia sua, & dicere. Volo uti præcisè istis verbis pro consecratione sanguinis; sed fecerit est simplicitas. Volo ista verba proferte sub eâ intentione, sub qua Christus instituit ea esse profertenda, ut quæ ex Christi institutione sunt de forma, dico, ut de forma; & quæ ad reverentiam, ad reverentiam. Sed quid si ante omnia verba prolata contingeret mori Sacerdotem, nunquid habendus esset sanguis tanquam verè consecratus? Dico hic, si erit in eodem casu superius præmissi, si quis Sacerdos inciperet sic loqui, *Hoc est corpus meum*, non prædicens verba præmissa totaliter, sed in omnibus talibus non est adobrandum; nisi sub conditione, si verè consecraturum est. Et nunquid iteranda sunt verba? dico quod non absolute. Sed nunquid sub conditione dico quod hic non est talis necessitas, sicut in Baptismo, quia ibi quando dubitatur de baptisatione, dubitatur de salute: ideo licitum est ibi quandoque sub conditione baptizare, sed hic, si probabiliter dubitatur in altero istorum casuum, an consecratio sit completa; nullum periculum salutis imminet, si non iteretur, nec absolute, nec sub conditione. Quid ergo? est ne illa materia semper servanda? dico quod non, quia potest loqui, sed Sacerdos post communionem in sua missa potest illam materiam recipere sub intentione conditionata tali, in illud est consecraturum, recipio ut consecraturum: sed si non; non; sed ut tale, de quo est incertum: nec in hoc potest esse periculum, quia jejunus est ante perceptionem vini ablationis; & si non est sanguis, quod percipit, non tamen lædit irreverentiam corpori & sanguini jam percepti, quia mox post sanguinem jam perceptum statim in altari percipiuntur vinum.

De tertio articulo dicitur quod Sacerdos profert illa verba, quasi materialiter, quia recitat ea sicut a Christo dicta, ut patet per li-

teram præcedentem in canone (a) Christus autem quando illa dixit non transubstantiavit panem in corpus suum, quod probatur ex verbis illius Canonis, quia ibi præmittitur *beneficium*, unde dicitur quod per illam benedictionem præcedentem consecravit, non per ista verba: *Hoc est corpus meum*, cui concedat Innoc. de officio missæ. p. 3. c. 6. § 14. Sed contra. Aut Christus consecravit sine verbis, quod non est possibile, aut cum verbis: tunc, aut cum illis, aut cum aliis: non cum aliis a prædictis, quia non est probabile, quod alia forma utatur actor, & ministri quibus committitur forma; si eisdem remaneret difficultas de significatione orationis ultimo prolata a Christo. Item, Christus modo si esset orator posset proferre ista verba, & consecrare, & remaneret eadem difficultas, sicut prius.

Alia est opinio (b) quod sicut nomen significat sine tempore, & ideo potest supponere pro supposito cujuscumque temporis, nec potest restringi a tempore significato per verbum significans compositionem, quia illud est distans secundum intellectum, vel sensum, & nihil contrahitur per se distans; sicut nec contrahitur hic homo, cum dicitur, homo est albus licet contrahatur hic; homo albus currit, ita pronomen, cum ponatur loco nominis proprii, & significet sine tempore, potest significare, seu demonstrare sine tempore, quia hoc significat, & demonstrat pro omni tempore, & sic hoc pronomen, hoc, potest demonstrare sub disjunctione illud, quod nunc continetur sub illis speciebus, vel proximo continetur, ut fit demonstratio ad intellectum ejus, quod demonstratur in recto, & ad sensum alicujus, quod demonstratur in obliquo; & illud in recto fit aliquid nunc præsens, vel quod in proximo citò præsens ad sensum sub istis speciebus; & illa disjunctiva vera est, quia altera pars est vera: & hoc ad intellectum, quando scilicet assistit virtus divina, ut ultimo instanti prolationis operans ad illud, quod significatur. Contra istud, licet non oporteat, quod hoc pronomen, hoc, demonstret aliquid pro determinato tempore, tamen sicut ipse arguit, significatio orationis constituitur ex significato partium, & partes significant, quando profertur. Ideo secundum eum, etiam necesse est dicere, quod hoc pronomen hoc quando profertur, illud significat, quod tunc demonstrat: tunc autem non videtur posse demonstrare aliquid quod non est tunc contentum sub illis speciebus, quia sic posset dici, quod *hic ignis est aqua, vel hoc corpus est aqua*, loquendo de igne statim convertendo in aquam, & sciendo talem demonstrationem ad sensum in obliquo, & ad intellectum in recto, & hoc demonstrando corpus, quod nunc est, vel in proximo erit. Sed non videtur rationabile dicere de aere statim contempendo, quod *hoc corpus est ignis*; hæc enim simpliciter est vera, quod *hoc corpus est aer*, & de eodem non dicuntur simul ignis, & aer. Item, si tunc significant partes orationis, quando profertur, & ex signifi-

a Vid. Ocham quo 2. q. si. Go. P. Vaventii. 4. par. sum. present. di. Vide Ale. in quarto ubi adducit quatuor opiniones de ista consecratione Christi. b Ric. present. dist. ar. 3. q. 1.

gatis eorum hoc modo acceptis est significatum totius orationis, secundum quod accipitur; oportet dicere quod *hic est*, quando profertur, ponat significatum suum pro presenti, quod significat subiectum autem pro illa parte disjunctionis non accipitur pro aliquo eodem tempore, cum illo quod importatur per copulam: ergo tota significatio illius orationis non refertur ad aliquid idem, vel ad instans. Item, disjunctiva non ponit alteram partem determinate, sed est ibi fallacia consequentis; ergo si hoc fit sic disjunctiva, non determinate, ponit respectu prædicationi unam partem, scilicet hoc, quod in proximo erit sub illis speciebus; sicut necque alteram, scilicet quod nunc est sub istis speciebus, & non efficitur per istam orationem; etiam secundum eos, nisi ut ipsa est vera; propter istam non magis efficitur quod illud quod statim erit sub illis speciebus sit corpus Christi, quam illud, quod nunc est sub illis.

Aliter ergo potest dici, & fit conclusio prima, (a) quod conceptus qui causatur per orationem prolatam, non habetur per eam nisi in ultimo instanti prolationis orationis. Quod probatur, quia non habetur conceptus omnium partium orationis ante illud instans; conceptus enim totius orationis non habetur sine conceptibus omnium partium. Hoc confirmatur per simile, quia conceptus formatus per dictionem, non habetur ante instans ultimum prolationis illius dictionis: ergo a simili de oratione, & ratio similitudinis est, quia sicut partes dictionis non significant conceptum si nulloem quem dicitio significat; ita dicitio non significat conceptum aliquem complexum, quem significat tota oratio. Sed differentia est, quia pars orationis aliquem conceptum simplicem significat, sed ad propositum non est ista differentia, quia utrobique totus conceptus non habetur nisi in fine omnium dictionum prolaratum. Si obijerit, ergo oratio causat conceptum, quando non est, quia quando complete prolata est oratio, nihil orationis est. Respondeo, patet quod arguuntur non cogit, quia idem posset argui de conceptu importato per dictionem, ideo dico quod cum conceptus fiat in instanti in intellectu post prolationem orationis, vel dictionis, non fit per illam; quia illa non est sicut arguitur, sed in fine prolationis cujuscunque dictionis per aliquid calculatum in phantasia a dictione, dum fit in prolatione, intellectus causat in se conceptum aliquem dictionis, dum profertur, magis per aliqua res relicta a singulari dictionibus, dum profertur, intellectus in ultimo instanti per collationem suam causat intellectum, vel conceptum totius. Ideo autem dixi de conceptu, qui causatur per orationem, quia secus potest esse de conceptu illo igitur, qui non causatur per eam, utpote conceptus qui est apud loquentem, quem scilicet intendit per orationem experiri. Et si arguerit contra istam conclusionem, quia significatum totius orationis, consistit ex significatis partium, & partes significant, quando profertur. Respondeo, significatio illa non est ratio formalis causandi illum conceptum in audiente, sed est quedam

dispositio præambula, ad quam per collationem intellectus sequitur causatio totius conceptus ex conceptibus per partes causatis. Secunda conclusio est ista, quod non oportet in eodem instanti, vel in eodem tempore causari conceptum in audiente per orationem prolatam, & veritatem istius conceptus intelligi, siue unionem extremorum: nam si dicim, *Deus creavit mundum*, conceptus istius orationis causatur in ultimo instanti, tamen veritas istius, seu unio illorum extremorum intelligitur pro primo instanti temporis: non est ergo idem dicere in quo instanti concipiatur oratio, & pro quo, quia concipitur in ultimo complete orationis, & concipitur pro illo, pro quo extrema denotantur uniri in intellectu, siue extra in re. Tertia conclusio est ista, quod pro illo instanti denotatur extrema uniri, & per consequens quod est veritas in oratione, quod significat per verbum copulans extrema, quia nihil aliud est in propositione, quod significet tempus, ad quod oporteat ex intellectu propositionis, unionem extremorum referri. Quarta conclusio est, verbum cuiuscunque temporis potest consignificare tempus, vel instanti: patet, alioquin non posset exprimi conceptus de unione extremorum, præterita præfati, & futura. Si vero non posset consignificare instanti præteritum, si verbum est præteritum; præsens, si est verbum præsens; futurum, si est verbum futurum; nulla propositio esset vera, in qua exprimeretur unio extremorum, qua non potest esse, nisi in instanti: utpote nec ista, *anima fuit creata*, nec ista, *anima creatur*, nec ista, *anima creabitur*, essent veræ. Si etiam non posset consignificare tempus præsens, si est verbum præsens; & tempus præteritum, si est verbum præteritum; & tempus futurum, si est verbum futurum; nulla propositio esset vera, cuius extrema non possent uniri, nisi pro tempore: & tunc nec ista esset vera, *calum movebatur*, nec esset ista vera, *calum movetur*, nec ista, *calum movebitur*. Juxta istam conclusionem, dico quod verbum consignificare instanti, vel tempus proprie dictum, (siue loquendo de verbo præfati, siue præterito, siue futuro) pertinet ad multiplicitatem tertii modi equivocacionis, qui est secundum diversa significata dictionis, idem significantis; non autem copulatio extremorum pro instanti, vel pro tempore sunt causæ veritatis talis propositionis, quia nullus modus unis est, qui includatur indifferenter in istis duobus: & ita oportet habere unum commune, quando sunt causæ veritatis in consignificatis, sicut in consignicatis.

Quinta conclusio, secundum unum modum dicendi est, quod verbum, si est præsens, & consignificat instanti, significat instanti complete orationis totius orationis: quia pro eodem tempore int. ligitur ipsa unio, & conceptus extremorum, seu totus orationis, & totus conceptus intelligitur pro ultimo instanti: si autem est verbum præfati, & consignificat tempus, consignificat tempus suæ prolationis; vel totum, vel partem, & secundum hoc, si in ultimo instanti prolationis verbi fuerit generatio ignis, hæc esset vera, *ignis generatur*; hæc autem similiter, *calum movetur*, vel *ego curro*, si in-

toto

toto tempore prolationis istius, vel in aliquo parte, saltem majori, univertur extrema, & secundum hoc, ista nunquam erit vera, *ego bibo*, vel *ego dormio*, nec huiusmodi, quia non possunt esse veræ, ut verba ista significatur instantia, quia actus ille non potest esse in instanti, nec pro toto tempore prolationis orationis, nec pro parte illius univertur extrema; & ideo propositio illa semper falsa est.

Secundum ista ponetur sexta conclusio, quod in propositione de præfati, nisi verbum significat instanti præfati, significata omnium partium orationis debent intelligi pro ultimo instanti. Hoc probatur ex præcedenti, quia secundum Philosophum primo Phisicæ, *esse significat compositionem, quam sine compositioni non est intelligere*; ergo si copula copulasset pro ultimo instanti, pro illo necesse est intelligi significata omnium partium. Est ex hoc ad propositum est septima conclusio, quod cum hoc verbum, *est* non consignificet tempus, sed instanti; quia unio istorum extremorum prima est per virtutem infortiam; & per consequens in instanti sequitur, quod omnes partes istius orationis, & significata eorum debent intelligi pro ultimo instanti orationis.

Ex hoc sequitur octava conclusio quod hoc pronomen, *hoc*, demonstrabit pro ultimo instanti complete prolationis; & tunc dicitur quod demonstrat partem ad sensum, partem ad intellectum, & quoad hoc omnino simpliciter, sicut dixit prior opinio; sed illud quod demonstrat ad intellectum, & in recto, non demonstrat disjunctive, sed determinate hoc, quod nunc continetur. Non conclusio est, quod in singularibus est octo secundum ordinem universalium. Prius enim quodcumque universale potest intelligi descendente in proprium singulare, quam contrahatur per differentiam aliquam ad aliquid inierius, tanquam ad speciem, ut sic habeamus ordinem istorum singularium, *hoc ens*, *hec substantia*, & *hoc corpus*, & sic deinceps usque ad sortem, hoc patet per Avic. *Physico su. (a)*, quod prius videmus a remotis corpus, quam animal, & animal, quam hominem &c. quod non est intelligendum de universalibus: quia visus non videt universale, sed de singulari universalioris.

Et tunc est decima conclusio, quod hoc in proposito demonstrat singulare entis, & non per se singulare alienius minus universalis, quam ens. Quod probatur primo, quia rationaliter queritur de multis, quid est hoc? non tenetur autem idem supponitur & queritur: igitur non supponitur per *ly*, *hoc*, hoc signum, vel hic lapsus, quia illud queritur. Nam responso isto dato scilicet *ignum*, vel *lapis* quietatur animus querentis de illo singulari. De illo ergo singulari supponitur *hoc* tantum, ut est singulare entis, & queritur aliquid speciale, sub ente, & quodcumque speciale convenientes est ad responsum, & hæc probatio stat in unico verbo, quod ponitur *Exod. 16.*

M 4

De

Q. Man. Ha. idem, quid est hoc? Alia probatio est quæ grammaticalis & adjectivum in neutro genere substantivatum includit in se ipsum substantivum secundum Grammaticas; non includit autem nisi hoc quod est aliquid, vel ens; & ergo &c.

Undecima conclusio, quod licet *ly. hoc*, ibi non supponat per se, nisi figurare ens; tamen illud intelligitur pro singulari alicujus inferioris; & regulariter pro singulari, quod est Corpus Christi: quia non est ibi in instanti ultimo; pro quo tunc demonstracionem ens in aliquo singulari, nisi in hoc, quod est Corpus Christi. Conclusio duodecima illi, quod non propter hoc erit sensus istius propositionis, *corpus meum est corpus meum*; quia licet ens antecedens & consequens, licet subiectum antecedens supponat pro subiecto consequentis, quod patet; quia conceptus consequentis potest esse certus, & antecedens dubius: non est autem idem conceptus certus & dubius. Hoc etiam patet convertendo propositionem; quia alius intellectus est, *corpus meum est hoc*, idem istud ens, & *corpus meum est corpus meum*.

Decimatercia conclusio est, quod secundum istum intellectum potest ista oratio esse effectiva, sive convertiva; quia qui principaliter faceret in instanti, pro quo enunciat illud, quod ista oratio tunc signat, ipse principaliter converteret. Nam cetera principaliter hoc ens esse Corpus Christi, est realiter facere conversionem per quam Corpus Christi accipit esse *hoc*: quia eadem est factio, qua hoc ens sit Corpus Christi, & qua Corpus Christi sit hoc ens, hoc est, sit ens; quod est sub ista speciebus: sed ista oratio dicitur esse convertiva; quæ significant agere pro illo instanti, pro quo convertens agit realiter; ergo ista oratio est simpliciter effectiva. Ex istis tredecim conclusionibus patet, qualiter ista oratio est vera, quia secundum istas totus ens intellectus, & complexio terminorum intelligitur pro ultimo instanti prolationis, & pro illo demonstrat hoc illud, quod tunc est sub istis accidentibus: verum est autem, quod istud est Corpus Christi, & quod non propter hoc convertitur ista propositio, *corpus meum est corpus meum*; sed ista potest esse convertiva, licet illa non, quia illa denotat dici de singulari communitari scilicet de hoc ente, quod est prædicatum; illa autem denotat dici de seipso in specialiter: propositio autem denotans de hoc ente aliquid primo, dici potest esse effectiva, sicut & ista, quæ denotat et de lapido, quod ipsum primo est hoc ens. Has omnes conclusiones possum concedere præterquam; & alias quantum sequuntur ex ea. Nam verbum, quando profertur sicut tunc significat, sic tunc significat; & quando significat præsens & non additur aliqua determinatio per quam tempus significatum referatur ad aliud præsens, non videtur præsens ex vi sermonis, quod copule pro aliquo instanti, nisi pro aliquo instanti prolationis ipsius verbi præsentis: nec illa probatio, quæ ibi ponitur, cogit, quia est intellectus totius orationis non fit per eam, nisi in ultimo instanti, sicut expositum est in prima conclusione; tamen non sit conceptus rationis extremorum tantum pro illo instanti, sicut patet in secunda.

conclusionem. Hoc etiam patet, quia in propositionibus de præterito, & de futuro, potest verbum copulare pro quocunque instanti præterito, vel futuro, quantumcumque distante ab oratione; & tamen ibi intellectus totius orationis non habetur, nisi in instanti complexoratiōis, sicut nec intellectus orationis, vel propositionis de præterito, nec universaliter intellectus alicujus complexi.

Per hoc etiam potest destrui illud, quod sequitur ad istam demonstrationem hujus pronominis *hoc*. Nam si illud debet intelligi pro tempore, vel instanti, pro quo est compositio, & compositio non intelligitur pro ultimo instanti prolationis totius orationis, sed pro instanti prolationis hujus verbi *est*, sequitur, quod demonstratio progredemur intelligitur. Est autem & alia difficultas circa prædicta, & specialiter de illa demonstratione. Nam pronomen demonstrativum, quando profertur, significat quod demonstrat; ergo significat illud, quod tunc est demonstrabile: sed tunc nihil est ibi demonstrabile ad sensum, nisi accidentia, nec ad intellectum, ut videtur, nisi quodlibet subest accidentibus.

Potest ergo dici aliquantulum aliter, quod de virtute fermonis non habetur quod conceptus propositionis de præterito, sive nisi extremorum intellectus præsentis pro ultimo instanti totius orationis; sed si intelligitur pro instanti, magis debet intelligi pro instanti complexoratiōis ipsius verbi. Partes autem quando profertur significant (& si natura significationis earum est talis, quod non extendit se, nisi ad aliquid, quod est præsens, quando significat,) oportet illud significatum esse præsens, quando partes profertur. Verbum tamen bene possibile est aliquem determinare se ad exprimentum aliquem conceptum complexum pro instanti, & conceptus omnium partium illius conceptus, accipi pro illo eodem instanti ultimo prolationis. Hoc enim modo dispartitas determinat se ad proferendum intellectus suos in suis responsionibus ad idem instanti; alioquin nunquam respondens potest redargui, quantumcumque concederet contradictoria. Et si quis alteri velit exprinere conceptum suum per orationem de præterito, non caustibit in eo conceptum de virtute sermonis nisi pro ultimo instanti prolationis; sed potest sibi exprinere aut exponere, quod pro illo instanti poterat, & tunc ex tali expositione non ex virtute sermonis concipere illam unionem extremorum pro illo instanti. Sed si ipsemet proferens intendet per suam propositionem aliquid causare, sicut etiam potest intendere exprinere conceptum suum pro ultimo instanti, ita potest intendere causare illum effectum pro illo instanti. Si etiam ad prolationem orationis istius intendens aliquem conceptum, & omnes ejus partes accipit pro aliquo instanti, aliquis alius videns intentionem ejus, velle aliquid causare, potest causare pro ultimo instanti, pro quo intendit ille omnia significare. Et hoc modo licet non sit manifestum de virtute sermonis illud quod dicitur est prius in quinta conclusio, & ceteris sequentibus de ultimo instanti prolationis; tamen manifestum est, illa posse intelligi quantum ad intentionem exprimentis, & in se, &

inquantum est minister Dei, qui videns intentionem suam potest illi orationi assistere ad agendum, eo modo, quo ipsa secundum intentionem proferens significat.

Sed siue illa via teneatur, quod de vi sermonis tota oratio debet ferri ad ultimum instantem sermonis, vel prolationis: siue illa, quod hoc non fit ex virtute sermonis, sed ex determinatione proferentis, & hoc non tantum in se, sed in ordine ad principale agens assistens ad agendum: & si salvetur uno modo, vel alio, quod illa propositio est vera, scilicet secundum octavam conclusionem & ceteras quae sequuntur, a quibus non discedo, remanet difficultas communis utriusque modo quomodo illa propositio est vera pro ultimo instanti; nam secundum utramque viam, etsi fit vera pro ultimo instanti, non tamen prius naturaliter, quam conversio fit completa, quia prius naturaliter oportet rem esse, quam oratio fit vera. *In eo enim quod res est, vel non est, est oratio vera vel falsa, ex Prædicamentis.* (a) Non ergo illa veritas præcedit naturaliter conversionem, sed sequitur, & per consequens, illa oratio, ut vera, non est conversiva.

Propter hoc dico, quod tota illa disputatio in tredecim conclusionibus, & earum probationibus, vel improbationibus, subtilis est, & Logica de veritate huius propositionis salvanda; sed Theologo sufficit, quod illa oratio, ut est tale signum sensibile institutum a Deo, est instrumentum Dei ad consecrationem illam, quae sequitur in ultimo instanti, in quo Deus assistit sibi, tanquam eadem dispositioni praevis efficiat, ut ea completa causet talem effectum invisibilem; non autem ipsa veritas præcedit, ut talis dispositio actionem Dei; quia est ut signum sensibile in fieri, & per consequens in tempore non intelligitur habere suam propriam veritatem: quando etiam habet eam, illa veritas loquitur ordine naturæ actionem Dei.

Breviter ergo dicitur Theologus quod qualitercumque Logicus salvet illam propositionem esse veram, saltem non est oratio sacramentalis, ut vera; sed ut tale signum sensibile præcedens forte tempore, & ad minus naturaliter suam veritatem, sicut dispositio continua in tempore præcedit ultimum instantem, & conditionem cuiuscunque in ultimo instanti; causæ etiam præcedit conditionem causati. Et si quætas tunc, qualis, aut ut vera, aut ut falsa est propositio conversiva? Dico quod neque sic, neque sic, sed tantum ut est propositio neutra, & prior naturaliter, & forte tempore, sua veritate. Illa autem prioræ probatur fit, quia omne fundamentum prius est naturaliter relatione sua accidentali: propositio autem, seu conceptus est fundamentum respectu veritatis, quæ est relatio accidentalitatis quia potest inesse, & non inesse, sicut potest esse coniformis & disformis rei; forte enim sedente, vera est oratio, quæ dicit Sortem sedere, ut dicitur in Prædicamentis: ergo prior est naturaliter conceptus orationis ut in se talis, quam ut verus. Adhuc etiam prior duratione est ipsa oratio, ut variabilis, & in fieri, quam conceptus ejus causatus per eam, eo modo,

a. *C. de substantia & de priori.*

do, quo tempus dicitur esse prius suo ultimo instanti terminante. Illud etiam de prioritate naturali conceptus ad veritatem, patet manifeste in addicente: prius enim aliqua conclusio non demonstratur concipitur a discipulo, & tunc quidem ut natura: & tamen totus per se ejus conceptus percipitur, vel concipitur. Secundo demonstratione ad ipsam applicata concipitur ut vera: & istud patet evidenter, quia potest Deus instituisse aliquam orationem non significativam, ad cujus prolationem a ministro ipse adhiberet ad causandum effectum in fine pro actionis; ergo qualitercumque sit de illa dispositione logica, qualiter illa propositio est vera, hoc est tenendum pro certo, quod ipsa ut signum vocale, & in fieri extra esse signum efficax respectu consecrationis; quia dispositio prævia, cui Deus ex pacto assistit ad causandum effectum efficaciter in termino, siue ipsa propositio significet talem effectum (quod verum est in propositio, & congruum, & hoc nude, scilicet nec ut vera, nec ut falsa scilicet inquantum est dispositio) siue significet illud, ut propositio vera, & hoc, vel pro tunc, quando est dispositio, vel pro instanti illo, pro quo causaliter illud, ad quod est dispositio; & hoc vel prius naturaliter, quam in illo instanti, causetur ille effectus, vel posterius naturaliter.

Potest quidem hic aliter distingui, scilicet, quod in ultimo instanti prolationis. Primo secundum ordinem naturæ est conceptus propositionis, ut neuter. Secundo, ad illum sequitur operatio divina causans illud quod omnino designat. Tertio sequitur veritas huius conceptus: & sic non tantum oratio, ut vocaliter, & conjuncta prolata, prior est veritate, sed etiam ut habens suam conceptum proprium, licet non ut verum; sed istud implicat quandam pertinentiam ad illam dispositionem logicam de veritate propositionis, vel de conceptu propositionis pro ultimo instanti, & nihil accessarium facit ad istam orationem, ut est sacramentalis; quia ille conceptus qui ponitur haberi in ultimo instanti, nullo modo est instrumentum Dei ad illam actionem Dei, quæ ponitur sequi in secundo instanti naturæ, quia Deus ad operationem suam non utitur aliquo sacramentali, nisi sensibili.

Sic ergo breviter sufficiat ministro non disputanti tunc, pro quo intelligitur oratio, intendere proferre istam orationem eo modo, quo Christus instituit eam proferendam, & sic habetur intentio debita, & instrumentum debitum, scilicet, illa oratio prolata, cui instrumentum a tali agente adhibito Deus assistit ad causandum in ultimo instanti talem effectum. Ex illis patet de intellectu formatæ consecrationis super vitam: quia omnino similis potest esse dispositio Logica, & certitudo Theologica: Quod autem hic ponitur calix, hoc ideo fit, quia contactum sanguis in ratione potest: liquor autem non habet rationem potest, nisi ut in vase, nihil autem tale ponitur in ratione, vel consecratione corporis, quia corpus constituit, ut cibus, solidum autem habet rationem cibi, licet non sit in vase.

Ad primum argumentum patet, quod ly, *hic*, demonstrat figurate entis, non panem, nec accidentia, quia demonstrat pro instanti com-

completæ prolationis arctationis, & hoc vel ex virtute sermonis secundam quantum conclusionem, vel ex intentione professoris secundam aliam viam. Nec ista est eadem illi, *Corpus meum est corpus meum*, sicut patet ex conclusione. 13. Et hoc patet, quia ista propositio potest esse conversiva, *hoc est ignis*, non tamen ista *ignis est ignis*, quia quod facit hoc ens esse ignem, facit quandam conversionem, non tamen sic de igne esse ignem.

Ad secundum patet, quod ly, *enim*, ponitur ad faciendum continuationem in illis verbis, ne singula verbaliter possent, quasi disjuncta statim potestati. Ad tertium concedo, quod ly, *meum*, oportet quod ex virtute sermonis denotetur referri ad personam Christi: hoc autem non est nisi fiat prius mentio de Christo, in cuius persona proferatur hæc verba: sicut si dicerem, *Christus dixit, ista doctrina non est mea*, de veritate istius propositionis significaretur quod ly, *mea*, referretur ad Christum: non autem sic, si quis non præmissa locutione de Christo statim diceret, *mea doctrina* &c. Ad duo argumenta contra formam consecrationis sanguinis, patet in corpore questionis.

QUESTIO III.

Verum Sacramentum Eucharisticum possit recipi a non jejunis?

Videtur quod sic, quia Christus post cenam discipulis suis præsens dedit Eucharistiam. I. *en. r. Corin. 2. Si quis esurit, domini manducet*, ubi videtur Apostolus innuere, quod antequam convenirent ad Ecclesiam, deberent famem extingueri in omnibus suis, ne ibi inmoderate de speciebus illis fumerent; unde redarguit eos ibidem dicens: *Vnus quidem esurit, alter autem ebrius est*. Contra, de consecr. *dist. 2. liquida*, & sumitur ab Aug. ad inquisitiones Januarii: *Placuit Spiritus sanctus, ut in honorem tanti Sacramenti, prius in os Christiani Dominicum corpus iniret, quam alicui cibi: ideo unus ille quibus servatur*.

Respondetur, aliquis potest percipere hoc Sacramentum, & non factam entiter, nec spiritualiter. Aliquis Sacramentum sacramentaliter, sed non spiritualiter. Aliquis, & Sacramentum, & sacramentaliter, & spiritualiter. Aliquis tantum spiritualiter, & non sacramentaliter. Primo modo recipit quicumque recipit hostiam consecratam, quia ibi est vere Sacramentum, & tamen non recipit eam, ut consecratam, sed omnino non discernens eam a communi cibo. Talis secundum Apostolum. I. *Cot. 11. Iudicium sibi manducet, & bibet, non iudicans corpus Domini idem non discernens a communibus cibis: & hoc potest esse, vel ex infidelitate, sicut paganus, si daretur sibi communicatio; vel ex contemptu, sicut etiam iste, sicut in malo Christiano. Secundo modo recipit ille, qui non tantum recipit Sacramentum, sed recipit illud ut Sacramentum, credens ibi esse corpus Christi, & se percipere communionem corporis Christi, sicut in Ecclesia consuevit geri talis communicatio: sed si est in peccato*

mortali non contritus, non recipit spiritualiter: quia non recipit effectum spiritulalem, ad quem ordinatur hujus susceptio, que est animæ nutritio spiritualis per gratiam datam a Christo. Sed tertio modo recipit bonus fidelis sine peccato mortali secundum possibilitatem suam, & quia diligenter conscientiam examinat: & talis vere nutritur, & Christo cibo spirituali utitur, & incorporatur secundum August. *Credo, & manducabo me; non me convertens in te, sed te convertens in me*; quia cibo corporalis convertitur in nutrimentum, & spiritualis, quia cibo corporalis convertitur in cibum. Quarto modo recipitur spiritualiter, non sacramentaliter, scilicet quando bonus homo est secundum posse suum bene & devote nutritur; tamen propter reverentiam abstinet, vel propter aliquam infirmitatem, vel forte quia non potest habere ministrum, cui convenit illud, August. de coeloc. *dist. 2. ut quid parvas dentem & ventrem? Credo, & manducasti*; & talis spiritualiter nutritur. Ad propositum dico, quod primis duobus modis sine peccato recipi potest a non jejunis. Sed de tertio modo, scilicet de posse non absolute, sed licite & utiliter habet quæstio difficultatem. Distinguo ergo de jejunio, natura, & Ecclesie. Jejunium Ecclesie non solvitur, nisi per aliquam refectionem extraordinariam præter morem Ecclesie: unde per speciem functionem, vel medicinalium, vel per potum saltem post prandium non solvitur jejunium Ecclesie. Sed jejunium nature est carentia cibi suscepti in stomacho, vel in via ad stomachum, ita quod nihil introit stomachum in illa die a principio, scilicet hujus diei, a quo dicitur aliquis jejunus. Similiter distinguo de *debere vel licere*, aut intelligitur regulariter, vel in casu aliquo particulari. Dico ergo, quod regulariter oportet ad perceptionem spiritulalem, & sacramentalem, suscipientem esse jejunum simpliciter, id est, jejunio naturæ: nec istius est aliqua causa principalis, nisi institutio divina, quam vel Christus discipulis dedit, vel per ipsos promulgavit, vel eis institutum reliquit: & quidem rationalis est institutio propter reverentiam Sacramenti, quæ minor est regulariter in prælo, quam jejunio: & etiam ut primo queratur cibo spiritualis, quam corporalis. Si autem intelligitur in casu, dico quod aliquis potest esse casus, in quo quasi generaliter licet accedere non jejunum, ut in infirmitate gravi, quando timetur periculum mortis imminens; tunc enim esset periculum negare infirmo, licet prælo, posset Sacramentum, cum sit vitiumque; & ideo dandum est ei, qui proficitur ex hoc manducato, ut per ipsum dicitur ad terminum. Alius casus specialis est, quia in aliqua regione celebratur communiter in vino albo, minister parat calicem sacerdoti, & est aliqua negligentia pro vino ponit aquam. Sacerdos non advertens, sed supponens ministrum bene licite, procedit dicens verba, & alia faciendo usque ad perceptionem; præcipiens vero liquorem de calice advertit esse aquam: videtur quod ipse non potest illo die percipere sanguinem, si oportet jejunum esse suscipientem. Dico quod in isto casu tenetur consecrare sanguinem

de novo, & consecratum percipite: quod probatur, quia quando sunt duo præcepta ordinata, præceptum superioris magis ligat: nec autem præceptum Christi & Ecclesie, & ex ipsa ratione Sacramenti, est, quod Sacramentum quando consecratur, consecratur integrum, quoniam Sacramentum est in se quoddam integrum ex duobus: de illa etiam integritate servanda est difficultas obligatio Ecclesie. *de consec. dist. 2.* Comperimus, *Ut Sacramenta integra percipiant, aut ab integris arceantur*, loquitur de Sacerdotibus conscientibus, & polleat non communicantibus: & subdit ratio: *quæ dicitur, quod sacramenta sine grandi sacrilegio non potest provenire*: ergo quocumque præcepto alio Ecclesie posito, & maxime quod non respicit ipsam propriam & essentialiam rationem Sacramenti, necessario tenetur semper omnis celebrans ad ipsam integritatem servandam: ergo qui jam percipit aquam simpliciter, & tenetur ad illud complendum, quod prætermissit, scilicet ad consecrandum integrè Sacramentum: & tunc ultra si tenetur consecrare sanguinem, tenetur eundem consecratum sumere: Unde habetur *de consec. dist. 2.* Relatum est nobis: *Certum est, quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt Dominici Sacramenti*: & sequitur, quod *talis a communione uno anno repulsus se noverit*: ergo omnibus modis tenendum est, ut quotiescumque Sacerdos corpus & sanguinem immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis participem se præbeat. Ille ergo necessario tenetur ex institutione Christi, propter integritatem Sacramenti consecrare sanguinem, & ex strictissimo præcepto Ecclesie sub pena repulsæ uno anno tenetur consecratum percipere. Et si obiit huius, ille non est jejunius, ergo peccat mortaliter: vel ergo non debet consecrare ne percipiat: vel si oportet eum consecrare & percipere, oportet quod peccet contra præceptum Ecclesie, & tunc est perplexus, quod non est dicendum de aliquo ex præceptis Dei, & Ecclesie. Respondetur, Ecclesie non ita stricte præcepit suscipiendum esse jejuniis prohibendo non jejuniis suscipere, sicut prohibet divitionem Sacramenti (in mo ipa diviso prohibetur a Christo ex prima institutione Sacramenti) nec enim ita stricte prohibet non jejuniis non percipere, sicut præcepit consecratum percipere: ergo ex una parte habet iste præceptum Christi ad sic consecrandum, & post consecrationem strictissimum præceptum Ecclesie de percipiendo: ex alia parte non habet nisi præceptum Ecclesie leve comparative, de jejuniis: non enim ibi ponitur, quod suscipiens non jejuniis sit reus Dominici Sacramenti: neque quod ibi sit facile peccatum: neque repellitur a communione per annum, sicut hic. Simpliciter enim Ecclesia non intendebat ligare in isto casu ad jejuniis: immo cum alia duo præcepta, tum virtute Christi, tum virtute Ecclesie fortius, & magis obligent, potius intendit in tali casu obligari ad illa. Non est ergo ille perplexus, quia servando præceptum superioris & præceptum strictius Ecclesie, bene facit, & si non servaret, peccaret mortaliter. Omitendo autem aliud præceptum minus strictum non peccat novo peccato, quia in isto casu non tenetur servare: nec Ecclesia voluit ligare

ad hoc præceptum in hoc casu, sed magis ad oppositum. Patet etiam manifeste, quod jejuniis non est conditio ita necessitata in Sacerdote percipiente, quia in die Parasceves particula posita in calice percipitur cum vino, non consecrata: quia illo die calix non consecratur: & verisimile est, quod vinum citius descendat in ventrem, quam illa particula quæ masticatur: ergo ex consuetudine Ecclesie Sacerdos ibi percipit Eucharistiam non jejuniis. Et si obijciatur, quod scandalum erit, si populus percipiat illum secundo consecrato sanguinem.

Est una responsio, quod si scandalizatur, est scandalum Phariseorum, acceptione scilicet non datum. Nam iam in se bonum est, & necessarium, & quilibet debet iudicare, quod est bonum, si causam nesciat, supponendo quod Sacerdos habet bonam causam: quilibet etiam si sciret causam, debet approbare: unde de tali scandalo ait Christus contemnendo Matt. 15. de Phariseis: *Sinite (ait) eos caeci sunt, & duces caecorum: omnis enim plantatio quam non plantavit, &c.* Alio modo potest respondere, quod satis bene cavere potest a scandalo, si caute fiat. Nam vadens ad coturn aliaris, nisi pro vino recipiendo post communionem, in vino vino, & aqua, vel jam remanente aqua, quia non totam fumpit, vel aliqua de novo posita, poterit redire ad medium altaris, & satis in brevi tempore ab illo loco, *Simili modo postquam cenatum est accipiens hunc calicem*, continue poterit utique ibi, *hæc quisque sumit*: vel utque ibi: *Uade & memores*: & in illis verbis prolatum cum reverentia debita suscipere illud tanquam sanguinem verum. Nec totum illud percipiet, nec tantum tempus occupabit, quod populus habet: etiam occasione accepti scandalali. Et si arguitur contra illud, quod dictum est de integritate Sacramenti; quia sacerdos die Parasceves non recipit sanguinem. Respondetur, illa integritas requiritur in consecratione, ita quod nullus consecret corpus, nisi consecret etiam sanguinem: non autem requiritur in quacumque perceptione, quia laicus percipit bene edeps, & non sanguinem: sed requiritur in illa perceptione quæ sequitur ad consecrationem, quæ habetur in illo. *cap. Relatum.*

Ad argumentum in oppositum bene responderet Aug. in illo *cap. I. quid.* *Non quia post cibos debet Dominus* (scilicet Eucharistiam) *disipulis, ideo prorsus illud debent accipere, ut faciebant, quos Apostolus redarguit*, supple 1. Cor. 11. & subdit causam; quare Christus hoc fecit. *Nam salvator inquit, quos vehementius commendaret mysterii huius altitudinem, & ultimam hoc voluit inferre in cordibus discipulorum, quos autem ordine dinceps sumeret. Apostolis per quos Ecclesie dispositurus erat, referens docendum.* Per hoc patet ad argumentum secundum, quia secundum Augusti. Apostolus reprehendit illos; qui pransi Eucharistiam susceperunt. Et ideo illud verbum. *Si quis esurit, domi manducet*, non debet intelligi domi, antequam veniat ad Ecclesiam, sed post recessum ab Ecclesia, ita quod non satisfaciatur fami suæ de Eucharistia, sicut ait:

alium ebrius est: sed expectans, quod sibi necessarium fuerit in esum suum recipiat. Et ideo laudabiliter est confectus Ecclesie Latine, & quae nulli dispensat Eucharistiam, nisi in modica quantitate, quae non esset discipuli et crapulam, & sufficit valde bene ad reverentiam debet in Sacramento.

Quod non hoc concedendum, &c. De quarto de quo tangit Magister: in ista distinctio scilicet de re Sacramenti, magis proprie pertinet pertractare in 10. dist. 10. ad praesens super sedulo, custodienti in futurum scilicet in dicto loco.

DISTINCTIO IX.

In ista distinctio nona tractat Magister de percipione Sacramenti istius. Et prima pars manet indivisa, in qua determinat veritatem. Secunda pars, quae incipit ibi (*Hec verba, & alia*) in qua scilicet excludit errorem circa veritates determinatas, dividitur in duas. Primo namque excludit errorem circa istam percipionem Sacramenti. Secundo alium; circa tam Sacramenti, & sic erroris esse ibi correspondent veritatibus praedeterminatis. Secunda pars incipit in principio dist. 10. ibi (*sunt quidam alii*.)

QUESTIO UNICA.

Verum existens in peccato mortali peccat mortaliter percipiendo Sacramentum Eucharistiae?

Videret quod non, quia nullus peccat faciendo illud ad quod tenetur: sed aliquis quandoque, non obstante quod sit in peccato mortali tenetur communicare: ergo, &c. Probatio minoris in duobus casibus, Extra: *Omnis utriusque Jesus de panis, & remissio dicitur, quod omnis Christianus tenetur semel in anno communicare. Item de confes. dist. 2. Relatum, & dicitur quod Sacerdos, qui consecravit, tenetur percipere Sacramentum: & tamen possibile est, quod tunc sit in peccato mortali, vel tempore intermedio incidat in peccatum mortale, & tunc non tenetur confiteri, quia tunc semel in anno non sufficit. Item, nullus tenetur confiteri nisi semel in anno, ut patet extra. *Omnis utriusque Jesus* &c. ergo potest exercere sibi actus convenientes; et si non pluries confiteatur: ergo Sacerdos potest pluries celebrare, quantumcumque peccaverit sine iterata confessione. Non enim videtur quare dictum praecipuum non sibi sufficiat ad salutem in semel confitendo, sicut et alteri Christiano, cum non viceatur specialiter lege adstrictus. Contra. 1. Cor. 11. *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit*; talis est huiusmodi, qui non spiritualiter est membrum Christi, & percipit Eucharistiam, quod perceptio significat ipsum spirituale incorporari Christo. Praeterea August. super *Ioan. homilia 26.* loquens de malo Sacerdote, *Tante inquit, rei Sacramentum ad iudicium percipit. Dicens, quod aliquis potest intelligi esse in peccato mortali tri-**

pli.

peccat. Primo in actu, quia scilicet tunc peccat mortaliter peccato interiori vel exteriori. Secundo, quia post peccatum mortale praeteritum, de quo non recolat, non penitet, nec penitet. Tertio, quia est de illo praeterito praetere, vel penitet, non tamen confessus est, nec absolutus in Ecclesia. De primo dico, quod peccat mortaliter, quia simpliciter manducat indigne. De secundo dico, quod si est negligentia affectus vel crassa, propter quam non recolat peccatum, non exculatur a peccato, licet minus peccet, quam primus: quod patet 1. Cor. 2. *Probet, inquit, seipsum homo* &c. Tenetur enim se examinare secundum diligentiam nostram fragilitati possibilem, antequam communicet. Si autem non sit negligentia crassa, puta, quia praecellit examinatio sufficientis, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius; non peccat communicando, licet forte aliquid lateat, vel traditum fuerit oblivioni. Quod probatur, tum quia post talem inquisitionem contritus, & confessus, si moretetur, salvaretur: non autem requiritur maior ex univatio ad communicandum quam ad secure moriendum. Tum, quia alia quilibet se exponeret periculo communicando, quia dicit *Psal. 18. Delicta quis inteligit? & Eccles. 9. Nescit homo utrum amore, vel odio dignus sit*: ergo si oporteret communicantem scire se esse in charitate, quilibet communicans exponeret se periculo, nesciens an illo actu peccaret. Tertio probatur, quia tunc non esset Sacramentum viatoris, quia talis certitudo non convenit viatori. Propter hoc dico, quod diligenti inquisitione facta secundum possibilitatem nostrae fragilitatis, & praemissa contritione, & confessione, quantum videtur homini sufficere, si tunc communicet, non peccat, immo si qua alia peccata lateant, per istud Sacramentum etiam remittuntur. De tertio dico, quod si occurrat opportunitas, tenetur prius confiteri, quam communicare, Cuius ratio est, quia non tantum debet reconciliari Deo, sed Ecclesiae, ad hoc, quod digne recipiat Sacramentum Ecclesialitatis unitatis. Si autem non occurrat opportunitas confitendi, si potest sine scandalo vitare, non tunc communicet, & tenetur non communicare, sed expectare confessionem propter eandem rationem, quae dicta est nunc. Si vero occurrat scandalum, nisi communicet, utpote si est indutus, & postquam indutus est, occurrit sibi conscientia de peccato mortali, de quo non fuit confessus, & non habet in promptu id, utrum confiteatur: tunc cum contritione, & voluntate confitendi tempore opportuno, potest celebrare, ut scandalum evitet; Et similiter de alio communicato, qui non celebrat, utpote confectus est in aliqua religione, vel Ecclesia, ut omnes non Sacerdotes communicent; in simili casu, scilicet si tunc cum debet communicare non habet idoneum confesorem, peccat tunc non confessus communicare: nec est dicendum quod peccat mortaliter, vel transgreditur praecipuum, ut evitet scandalum, quia nullum praecipuum excludit istum ab isto actu in hoc casu, quia dilatio confessionis in actu, quae nunc habetur in actu, non excludit quoniam sit membrum etiam

Tem. IV.

N

Es.

Ecclesie militabit, habile ad usus, in quibus membra communi-
cant, & tenetur vitare scandalum proximi. De peccato autem veni-
tiali non oportet debitare, quia de illo non est necessitas penitentie;
verumtamen auctoritas quædam de Ecclesiasticis dogmatibus 22.
que ponitur in litera *dist. 22.* videtur facere mentionem de peccato
veniali. Ait enim, *licet quis peccato mordetur, si peccandi de
extero non habet voluntatem, & satisfaciat lacrymis, & ora-
tionibus accedat securus: & hoc dico de illo quem mortalia peccata
non gravant:* ergo videtur quod non potest aliquis securus accede-
re, nisi qui sit sine voluntate peccandi venialiter, & de præteritis
satisfecerit lacrymis, & orationibus. Respondendo, potest intelligi
de mortali peccato, non quod jam inest neque præterito, sine om-
ni penitentiâ, sed jam confesso, & mordetur, quia non complete
satisfecit: & tunc intelligitur de peccato mortali: & tunc quod se-
quitur, *quem peccata mortalia non gravant, supple, in actu, vel
præterita, sine penitentiâ sequente.*

Ad primam argumentum dico, quod faciens modo debito illud,
quod tenetur, non peccat. Ad minorem dico, quod nullus tenetur
communicare in peccato mortali, Extra *ead. cap. Omnis viri usque
sexu, &c.*

Ad primam probationem dico, quod sicut tenetur semel commu-
nicare, ita tenetur laborare, ut sit extra peccatum mortale per peni-
tentiam extra *ead. cap.* Ad secundam dico, quod Sacerdos priusquam
consecratur, tenetur laborare, ut sit extra peccatum mortale: si au-
tem contingat, quod post consecrationem, ante tamen communica-
tionem, occurrat sibi memoria peccati mortalis, olim commissi de
quo non præcessit penitentiâ interior, vel exterior; tenetur tunc
habere penitentiâ interioriorem antequam percipiat, & diserte peni-
tentiam exterioriorem, donec occurrat opportunitas confitendi. Ad
argumentum secundum dico, quod illud præceptum de semel confi-
tendo est minimum, in quo debent fideles recipere Sacramentum Pœ-
nitentiæ; sed in multis aliis casibus specialibus tenentur ad peniten-
tiam exterioriorem; ut graviter infirmus, de quo desperatur, vel ac-
ceptans ætatem, in quo verisimile est secundum humanum iudicium,
quod exponit se periculo mortis, sicut in bello mortali, & cetera.
speciali lege tenetur Sacerdos, antequam exerceat istum actum ad
penitentiam exterioriorem. Et si dicas quæ lege? Dico, quod illa le-
ge Apostoli; que ponitur. 1. Cor. 11. *Probet seipsum homo &c.*

DISTIN. X.

Hic incipit distinctio decima, in qua magister excludit errorem
quorundam de re huius Sacramenti, qui scilicet negabant verum
corpus Christi in Eucharistia contineri. Hoc dividitur in tres partes.
Primo potest errorem. Secundo ejus affirmationem. Tertio ejus im-
probationem. Secunda ibi: (*Qui errantibus occisionem.*) Tertia ibi:
(*Quorum persilium.*) Secunda potest dividi, quia primo ponit quan-
titer

tum auctoritates pro eis: secundo, solvit illas auctoritates ibi: (*Qui
estlem ratione.*) tertio, confirmat suam solutionem ibi: (*Ait enim
Aug.*) & illa tertia potest dividi, quia primo ponit auctoritates, quæ
eius contra se: secundo ponderat quædam partem que videtur facere
dubium, ibi: (*Deinde addit.*) tertio respondet ad illud dubium
ibi: (*Attendant diligenter.*)

Quia vero conclusio principalis hujus distinctiõis, quod verum
corpus Christi in Eucharistia realiter continetur, & hoc quidem
quia prima est de Eucharistia ordine doctrinæ, unde specialiter tunc
i. *quæst. dist. 8.* Ideo circa hanc conclusionem de tribus principaliter
quæritur. Primo de possibilitate existentie corporis Christi in Eucha-
ristia. Secundo de his que convenire possunt corpori Christi in Eucha-
ristia existenti. Tertio de actione, que convenire potest Christo
in Eucharistia existenti. Circa primum quæro tria. Primo, utrum
possibile sit corpus Christi sub specie panis & vini realiter contineri?
Secundo, utrum possit esse simul localiter in celo & alibi? Tertio
utrum possit simul esse in celo localiter, & in alio sacramento?

QUÆSTIO I.

Utum sit possibile corpus Christi sub specie panis, & vini reali-
ter contineri?

Videtur quod non, quia sub specie panis non consecrati non con-
tinetur realiter corpus Christi: ergo neque post consecrationem;
Antecedens est manifestum. Probatur consequentia, quia species illa
non se habet aliter in se post consecrationem, quam ante. Et si
dicas, quod ante est in subiecto, & post non in subiecto.
Accipio tunc, quod non aliter se habet in habitudine ad
corpus Christi post consecrationem; quia simul esse in subiecto, vel non
esse in subiecto, nullo modo variat illam habitudinem: impossibile
est autem aliquid esse, ubi prius non fuit, nisi vel illud mutetur, vel
ipsum, in quo est de novo; ergo cum species panis non mutetur in
habitudine ad Corpus Christi, necesse est Corpus Christi mutari in
habitudine ad species, ad hoc quod fit ibi de novo. Sed hoc est falsum,
quia Corpus Christi immutabiliter manet in celo secundum illud
Augusti. de *consec. dist. 2.* Prima hæresis, *Donec fiatatur sacrum,
superum est Dominus.* Secundo sic, aut Corpus Christi sub illa specie
est quantum, aut non quantum; non potest esse non quantum, quia
cum fit quantum in celo, se simul esse quantum & non quantum.
Nec potest ibi esse quantum, quia quantum non potest separari a mo-
do quantitativo, sicut nec subiectum a sua propria passione, quia ma-
xime propriis passio quantum videtur esse modus quantitativus; ergo et
fit ibi modo quantitativo & hoc est falsum, quia hoc modo majus
non potest esse in minore. Tertio sic, quia aut in Eucharistia est pars
Corporis Christi extra partem, aut non. Si sic, ergo non essent om-
nes partes simul vel eadem parte hostie: & universaliter ejus partes
sunt extra se inuicem, sicut si quantum est simul cum alio quantum,